

159.

Chur, 1398 Juni 11.

Ulrich von Richenstein übergibt sich und alle seine Güter, namentlich die aus dem Erbe von Gaudentius Plantair, vor dem Richter der Kirche zu Chur, dem Kloster Pfävers.

JN nomine Domini Amen, Judex ecclesie Curiensis; Vniuersis presencium inspectoribus, Salutem in domino, cum noticia subscriptorum, Nouerint cuncti, quos nosce / fuerit oportunum, Quod sub annis domini Millesimo .ccc^{mo}. Nonagesimo Octauo, die vndecima, Mensis Junij, Hora primarum, vel quasi diei eiusdem, Constituti / personaliter coram nobis publice, In figura Iudicij, Venerandus in xpo¹ pater et dominus, dominus Burkardus de Wolffürt, Abbas Monasterii fabariensis, ordinis / Sancti Benedicti Curiensis dyocesis, vice et nomine iamdicti sui Monasterii ex vna, Et circumspectus vir Volricus² de Richenstain Armiger laycus parte / ex altera, Jamdictus Volricus² per interpositam personam, videlicet honorabilem dominum Magistrum Helyam Knoerr³ Canonicum ecclesie Curiensis, In Iudicio, Judicialiter / proposuit, recognoscendo, se, suosque precessores⁴, multarum virtutum et graciaram, beneficia, tam in spiritualibus, quam et temporalibus, assidua, a dicto Monasterio recepisse, Seque / perpensus id iuris attendisse, Quod in caritatis officiis loco priori illis teneamur obnoxij, a quibus beneficium, nos recognoscimus, suscepisse, Voluitque prefatus / Volricus², diem messionis extreme ob sui, suorumque precessorum⁴ animarum salutem, et diuini cultus augmentationem⁵, pietatis operibus preuenire, ac eternorum intuitu / seminare in terris, quod redeunte domino, cum fructu multiplicato, recolligere valeat in celis, Qua propter Jdem Volricus², sanguine corpore, et composita, sufficienti / et longeva deliberacione prehabita, non vi, non, dolo, non fraude, nec metu, aliquibus circumuentus, ut asseruit. sed. libere, ac excausa, mere. pure, perfecte, et / perpetue donationis, ad pias causas, et ad loca deo sacrata, Jnter uiuos solite et consuete, melioribus, modis, ordinacione, via, jure, oblacione, et translacione, quibus melius / et efficacius fieri potuit et consueuit, se ipsum jllico, in persona propria, omniaque sua Res et bona, Mobilia et Jnmobilia, habita et possessa, habenda et possidenda, / Et specialiter jus vniuersum, hereditatis vniuersalis ad dictum Vol-